

GREGORII PAPÆ IX.  
DECRETALES,

UNA CUM  
LIBRO SEXTO, CLEMENTINIS  
ET EXTRAVAGANTIBUS,  
AD VETERES CODICES RESTITUTÆ  
ET NOTIS ILLUSTRATÆ:

*Quibus accedunt*

SEPTIMUS DECRETALIUM,

ET

JO. PAULI LANCELOTTI  
INSTITUTIONES JURIS CANONICI,  
*CUM INDICIBUS NECESSARIIS.*

TOMUS SECUNDUS.



AUGUSTÆ TAURINORUM, MDCCXLV.  
EX TYPOGRAPHIA REGIA.

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM

D E

U S U . S E Q U E N T I S I N D I C I S C O N F E C T I

JO. LEL. PR. PAR. Col. E. SS. M.

& P. S. Arg. Cant. & Can. Cap.

1. **T**Ituli Juris utriusque ad hoc digesti sunt, vel, ut Ideam claram compendiosamque materiæ sub illis contentæ statim Studiosi pecciant: vel, ut ad memoriam quondam lecta facilius revocentur; quæ, ut facilius obtineantur, duo potissimum in *Titularum Indice* desiderari perspicuum est.

2. *Primo*, facillima & promptissima illorum investigatio, prout ab Aucto-ribus passim allegantur; quam utique assequetur vel rudior tyro, si numeris suis absoluta serie Alphabetica disponantur. *Secundo*, cum ex ipsis initialibus vocabulis tota materia, quæ quandoque multiplex est in uno Titulo, comperta non habeatur, ipsis Tituli, sub eadem serie secundum *Voces Principes*, iterum sunt distribuendi.

3. Ita modo *Tituli Juris Canonici* digesti sunt, ut utrumque statim oculos appareat; sive variarum Linearum, & Characterum dispositione distributi, ut discerni valeant *soli Tituli*, si his quis indigeat: quin & simul materiam toto Corpore Canonico diffusam ad idem verbum referant coadunatam (*a*).

4. Tituli initiales habent sub se *Collectionem* non modo *Gregorii IX.* quæ cæteras plerumque complectitur, & superat; verum etiam & *Sexti*, *Clementinarum*, *Extravagantium Joannis XXII.* & *Communium*, nova methodo integre continent, & discernunt (*b*); quorum etiam discretioni non nihil conferunt capitula signata: ex quibus primo intuitu notitia generalis fuscet vel paucis in Titulis tractatorum erui potest.

5. Ne vero conqueri quis valeret, quod singulis verbis Citationes non sint appositæ: dupli de causa consulto actum est. *Primo*, ut brevitati consuleretur, & Studiosi facilius titulos addiscerent per frequentiorem illorum, initialeisque, ut ita dicam, indigationem. *Secundo*, ne eis varias eorundem locorum citationes

fre-

(*a*) vide litt. *C. Clerici*, *Clericis*, *Clerici*, *Clericorum*. Litt. *E. Ecclesie*, *Ecclesiæ*, *Ecclesiæ*, *Ecclesiæ*, *Ecclesiæ*, &c.

(*b*) Vide etiam titulos: *De Concione Prebenda*, *Electione* & *potestate*, *Præbendis*, & *dignitatibus*, *Privilegiis*, & *excessibus priviligiatorum*, *Rebus Ecclesiæ alienandis*, *Religious domibus*, *Reliquis* & *veneris*, *santi*, *sententiæ encyclopaedicas*, &c.

# DECRETALIUM D. GREGORII PAPÆ IX. LIBER PRIMUS.

## TITULUS I.

### DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

#### CAPITULUM I.

*De Trinitate, & ipsis operibus. De fide, & articulis fidei.*

Innocentius III. in Concilio Generali cap. 1. a  
(An. Christi. 1213. Romæ.)

**F**IRMITER credimus & simpliciter confitetur, quod unus solus est verus Deus, aeternus, immensus, & incomparabilis, incomprehensibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: tres quidem personæ, sed una & essentia, substantia, seu natura simplex omnino: Pater a nullo, Filius a Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: absque initio semper, ac sine fine: Pater generans, Filius nascens, & Spiritus Sanctus procedens: consubstantiales, & coequales, & coomnipotentes, & coeteri: unum universorum principium: creator omnium visibilium, & invisibilium, spiritualium, & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem: angelicam videlicet, & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Diabolus enim, & alii demones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione peccavit. §. 1. Hæc sancta Trinitas secundum communem essestiam individua, & secundum personales proprietates discreta, primo per Moysem, & sanctos Prophetas, aliosque famulos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. §. 2. Et tandem unigenitus Dei filius Jesus Christus a tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria semper virginе Spiritus Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex animi rationali, & humana carne compositus &, una in duabus naturis persona, viam vita manifestus demonstravit. Qui cum secundum divinitatem sit immortalis, & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis, & passibilis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus, & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in celum: sed descendit in

a. *Hoc Concilium Roma in Laterano celebratum est anno Christi 1213. auctoribus Hierosolymitano, Et Constantinopolitano Patriarchis, Et variis episcopis, principisque Legatis, anno pontificatus Innoc. III. decimo anno.*  
b. Cap. 1. cod. tit. in q. compil. c. Hanc Decri. & seq. eruditissime explicat B. Thom. opusc. 23. & 24. tom. 17. d. finaliter testis in 1. nullus hereticus. 2. C. end. tit. e. Textus in l. in 2. clarae. 8. h. omnes. vers. & quoniam. C. cod. tit. f. Omnis istud: & sepultus est, ut & Athanas. in symbolo, & hoc de descenditu Christi, Rupius auctore.

Tom. II.

anima, & resurrexit in carne: ascenditque pariter in utroque: venturus in fine terræ, judicaturus vivos, & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis: qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, que nunc gestant, ut recipiant secundum opera sua, vive bona fuerint, live mala: illi cum diabolo poenam perpetuam, & isti cum Christo gloriari sempernam.

Traillstar hic de *Sacramentis Ecclesiasticis*. Abbas Siculus. §. 3. Una & vera est fideliū universalis Ecclesia, exting quam nullus omnino salvatur. In qua idem ipse Sacerdos est sacrificium & Jesus Christus: cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate divina: ut ad perficiendum mysterium unitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest confidere, nisi Sacerdos, qui rite fuerit ordinatus, secundum claves Ecclesie, quas ipse concessit Apollonis, eorumque successoribus Jesus Christus. §. 4. Sacramentum vero d. baptismi (quod ad Dei invocationem, & individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, consecratum in aqua) tam parvulus, quam adulteris in forma Ecclesie a quoque rite collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem d. baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper poenitentiam reparari f. §. 5. Non soluit autem virgines, & continentes, verum etiam conjugati, per rectam fidem, & operationem bonam placentes Deo, ad aeternam merentur beatitudinem pervenire.

#### CAP. II.

Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vera unione, non colliguntur, seu conciliuntur, sunt una essentia, substantia, seu natura: que substantia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi atri non attributum substantia, sed persona: nec per bac in Trinitate contulit utrūque quaternitas. Contrarium sententias, ut heretici sunt censendi, nisi ab errore respiciant, & correctioni Apostolicae Sedis se supponant. Abbas Siculus.

Idem in o. l. g.

Damnamus h. ergo, & reprobamus libellum, seu tractatum, quem Abbas Joachim editit contra Magistrum Petrum Lombardum, de unitate, seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hereticum, & insanum, pro eo, quod in his dixit sententiis i: ( quoniam unum summa res est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens: ) unde afferit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem instituebat in Deo, videlicet tres personas, &

A

illam

a. Extremum iudicium. b. Ecclesiæ unitas. c. Eucaristia. d. Baptismus. e. Penitentia. f. Concil. cap. quia scandit, c. ponderat, & c. contumace. go. di. quod autem ad civilium politiam, & vindictam attinet, nemo penitentia vocatur. Ita dicit 1. 67. de furt. 1. 17. de adul. ed. 1. pen. vi. bon. rapt. g. Cap. 2. h. Cap. 2. cod. tit. in q. compil. i. L. 1. sent. dist. 3.